

Cochl. I. COCHLEARE unum.

Ein Löffelvoll.

Æquivalens Unciæ semissi;

Attamen pondere, ratione diversitatis liquidorum, differt.

Gtt. I. GUTTA una.

Ein Tropfen.

Æquivalens circiter grano.

*Tempus colligendi plantas earumque partes; modus siccandi servandique.*

**RADICES** evelluntur communiter primo vere, dum Planta prorumpere incipit: efficcantur in umbra integræ, si minores; aut, si majores crassioresve, in partes sive taleolas scissæ, a sordibus mundatæ in loco sicco asservantur. Quædam recentes etiam arena testæ in cavea servantur.

**TURIONES**, qui sunt novelli rami molles, decerpuntur itidem primo vere, antequam indurescant, aut folia evolvant, ac modo antecedenti siccantur, & servantur.

**STIPITES** vulgo: *Rami* aut *Virgulta* fruticum  
abscinduntur ante foliorum perfe-  
ctam evolutionem exsiccanturque  
ut radices.

**CORTICES** lignorum aut radicum nonnullarum  
tempore vernali recentes a trunci  
vel a radice interna substantia sol-  
vendi; fructuum vero cortices a fru-  
ctu bene maturo separandi sunt.

**LIGNA** secanda legendaque inchoante vere,  
ac in frusta five segmenta scissa af-  
servanda.

**FOLIA** arborum fruticumque leguntur perfe-  
cte evoluta, nec tamen marcida,  
aut robigine infecta: exsiccata de-  
bite in loco sicco servantur tecta  
sartaque a fordibus.

**HERBÆ** colligendæ dum florere incipiunt, vel  
brevis ante florescentiam tempore:  
illico exsiccandæ reponendæque ut  
folia.

**FLORES** mox, ubi explicantur, legendi, lente  
in umbra exsiccandi, & in locula-  
mentis ficcis tectisque servandi.

FRU-

**FRUCTUS** colliguntur perfecte maturi; quin forte expetantur immaturi.

**SEMINA** leguntur, dum pericarpia aridiora semen continentia sese aperire incipiunt; vel dum semina præsertim nuda sponte aut ad levem saltim tactum secedunt. Baccarum vero aut pomorum semina ex fructu perfecte maturo eximuntur.

*Simplicium nonnullorum regno vegetabili sub certo numero simul comprehensorum determinatio.*

**RADICES** quinque aperientes.

*Apii, Petroselini, Feniculi, Asparagi, Rusci.*

**SEMINA** quatuor calida majora.

*Carvi, Cumini, Anisi, Feniculi.*

**SEMINA** quatuor calida minora.

*Ammios, Amomi, Apii, Dauci sylvestris.*

**SEMINA** quatuor frigida.

*Cucurbitæ, Citrulli, Melonis, Cucumeris.*